

Band VII., Nr. 2189, Seite 125-126

Dieburg, die Witwe des Esslinger Bürgers Burkard Syzzo, schenkt um ihres Seelenheils willen der Priorin und den Nonnen in Sirnau ihr Haus ebenda, alle ihre bewegliche Habe und ihren Wein von den Weingärten, die sie dem Kloster Bebenhausen vermacht hat, unter besonderen Bedingungen.

Ohne Ortsangabe, 1271. Ohne Tagesangabe.

Noverint universi et singuli, quibus presentes littere fuerint exhibite vel ostense, quod ego Dieburgis relicta Burkardi Syzzonis quondam civis Ezzelingensis dono et trado pro remedio anime mee donatione inter vivos facta priorisse et sororibus ordinis fratrum Predicatorum in Syrmenowe domum meam sitam ibidem et omnia bona mea mobilia, que ad presens habeo vel in posterum sum habitura, et insuper vinum meum, quod crescit in vineis meis, quas legavi monachis de Bebenhusen, nisi vinum id ipsum in cellario eorundem monachorum depositum de consensu et scitu meo post mortem meam apud ipsos sic depositum inveniatur, reservato mihi tantummodo pro tempore vite mee usu et habitatione domus et bonorum eorundem ac vini iam dicti, hoc tamen adhibito moderamine, quod exinde alienare quocumque^a titulo alienationis mihi non liceat quicquam in gravamen seu preiudicium sororum predictarum, excepto quod necessariis indigentibus meis ex bonis eisdem quoad vixero debeo providere ipsis bona fide residuum reservando. In cuius rei testimonium et evidentiam ipsis presentem litteram cum appensione sigillorum videlicet civitatis in Ezzelingen, prioris fratrum Predicatorum eiusdem civitatis duxi conferendam. Testes huius rei sunt: prior iam dictus, Marquardus scultetus, Truheliebus, H[einricus] Holzhusære, Ulricus Gehurne, Truheliebus in Foro, Fridericus in Vico, Ludewicus filius domine Kunegunde, Rüdolfus Hase/zagel, Ülilus, C[unradus] der Huser et alii quam plures.

Datum anno domini MCCLXXI.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Priors des Predigerklosters zu Esslingen, 38, 25 mm, (II. B.): Die Kreuzabnahme, Umschrift: + *Sigillum* . P(*ri*)ORIS . FR(*atru*)M . P(*re*)DICATOR(*um*) . I(*n*) EZELINGN . 2) Das Siegel der Stadt Esslingen.

Vgl. zu dieser Urkunde auch die Urkunde Nr. 2692 (WUB, Bd. VIII, S. 38).

^aVerschrieben *quacumque*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Esslingen

Signatur/Titel des Originals:

KH U 1127

Regesten:

UB Esslingen, Bd. 1, Nr. 113.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Sirnau Wohnplatz (347)

Sirnau, Esslingen am Neckar, ES